

Q.F.F.



F.Q.S.

SUMMIS AUSPICIIS
SERENISSIMAE REI PUBLICAE POLONORUM
EIUSQUE LEGIBUS

NOS

IOANNES KRYSIŃSKI

MACHINARUM ATQUE INSTALLATIONUM ENERGETICARUM SCIENTIAE PROFESSOR
H.T. SCIENTIARUM TECHNICARUM SCHOLAE LODZIENSIS RECTOR MAGNIFICUS

ET

STANISLAUS LEDAKOWICZ

MACHINALIS SCIENTIAE CHIMICAE ET BIOPROCESSUALIS PROFESSOR
H.T. ORDINIS MACHINALIS SCIENTIAE PROCESSUALIS ET HABITATI CONSERVANDI DECANUS

ET

CESLAUS STRUMIŁŁO

MACHINALIS SCIENTIAE CHIMICAE ET PROCESSUALIS PROFESSOR
PROMOTOR RITE CONSTITUTUS

SCIENTIARUM TECHNICARUM SCHOLAE LODZIENSIS SENATUS AUCTORITATE
IN
VIRUM CLARISSIMUM

ARUN SADASHIV MUJUMDAR

EXCELLENTEM VIRUM DOCTUM
SCIENTIARUM TECHNICARUM DOCTOREM
MACHINALIS SCIENTIAE CHIMICAE PROFESSOREM

MAGNI AESTIMATUM INVESTIGATOREM
QUI OB SUA EXIMIA IN PROGRESSUM MACHINALIS SCIENTIAE CHIMICAE

AC

THEORIAE ET TECHNICAE SICCANDI MERITA
PLURIMUM INTER OMNIUM TERRARUM VIROS DOCTOS CHIMICOS
AUCTORITATE SCIENTIALI VALET

ET

DE SICCANDI DISCIPLINA TOTO IN ORBE TERRARUM EXCOLENDI
OPTIME MERITUS EST

INITIATOREM COLLEGIORUM MUNDANORUM PROCESSIBUS SICCANDI INVESTIGANDIS

CONDITOREM PRINCIPALIVM DE SICCANDI DISCIPLINA
COMMENTARIORUM PERIODICORUM INTERNATIONALIVM
QUAE SICCANDI TECHNOLOGIA INSCRIBUNTUR

LIBRORUM EDITOREM ATQUE COAUCTOREM SEXAGINTA MONOGRAPHIARUM
QUAS INTER OPUS INTITULATUM MANUALE ARTIS SICCANDI INDUSTRIALIS INVENITUR
QUOD VULGO BIBLIA SICCANDI HABETUR VOCATURQUE

VIRUM DE CONFIRMANDA AUGENDAQUE COOPERATIONE
CUM SCHOLA NOSTRA POLYTECHNICA LODZIENSI
MERITISSIMUM

MAGNAE QUIDEM CULTUS HUMANITATISQUE AC BENEVOLENTIAE HOMINEM

DOCTORIS HONORIS CAUSA

NOMEN ET HONORES IURA ET PRIVILEGIA CONTULIMUS
IN EIUSQUE REI FIDEM HOC DIPLOMA SIGILLO SANCIENDUM CURAVIMUS

DATUM LODZIAE ANTE DIEM III IDUS IUNIAS ANNO MMVIII

IOANNES KRYSIŃSKI
RECTOR MAGNIFICUS

STANISLAUS LEDAKOWICZ
DECANUS

CESLAUS STRUMIŁŁO
PROMOTOR RITE CONSTITUTUS